




N. 60. 3.





אֲשֶׁת זָנוּנִים רַלְדֵי זָנוּנִים  
בשתקבָת

SEV  
**VXOR ET LIBERI HOSEÆ**  
DISSERTATIONE EXEGETICA

DEO OPITVLANTE  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO  
**GVILIELMO HENRICO**

DVCE SAXONIAE IULIA CIIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE WESTPHALIAE COMITE SAYNAE  
ET WITTGENSTEINII RELIQA  
CONSENSV AMPLISSIMI SENATVS PHILOSOPHICI

P R A E S I D E  
**GEORGIO CHRISTOPHORO**  
**STELLWAGIO**

PHIL. MAG.  
FAVTORE AC PRAECEPTORE SVO OMNI HONORIS CULTV AETATEM  
COLEND<sup>O</sup>  
ERVDITIS PVBLICE AD EXAMINANDVM SISTVNTR

AB  
AVCTORE  
**IOH. GOTTLIEB DANCKWERTS**

VLZENA - LVNEBURGICO  
S. S. THEOL. CULTORE  
D. 8. FEBRVAR. M DCC XXXVI

IENAE LITTERIS HORNIANIS

INNE FLETTES HORNIANIS  
D. A. TERRAE. M. DCC. XXXVII  
ALZENIUS. FRANCISBURGEO  
AUGSTORI

JOH. GOTTLIEB. DANCKMERTS  
GRADUAT. PARVIT. AD ELEMANTINAM SISTINTAR  
COLLEGIOS  
PRAEFADE. AD LITERATURAS. SO. OMNI. HONORUM. CAV. A. AFFILIAT.  
STEFANAGEO

GEORGIO CHRYSOSTOMO  
CATHARIMO HENRICO  
DOMINO  
ANGARIA. MELITENSIS. SICULIA. CILIA. MONSIA  
DUCE. A. XONAE. VALLAE. COMITESSAYNAE  
CONGENIA. AMPULLA. SICULIA. RHODOCYPS  
PRAEFADE  
GAETANO HENRICO  
SERVIA. MAGNIFICENTIA. AC DOMINO  
DIO. OTTAVIANA  
DISSESTATIO. EXEGETICA  
XVII

DOMINI  
SERVIA. MAGNIFICENTIA. AC DOMINO  
DIO. OTTAVIANA  
DISSESTATIO. EXEGETICA  
XVII



D. O. M. B. V.

אֶת זָמִינֵךְ נָגַרְתִּי וְנוֹזֵבְךָ

§. I.



In gulorum terminorum accurata consideratio, hoc quidem loco, eo magis necessaria est, quo minus significatu cuilibet competente in legitima disquisitione & interpretatione carere possumus. Cum vero eo nostra redeat quæstio potissima; an Hoseas Propheta duxerit ptura Sacra, præ reliquis cognoscendum duximus.

§. II.

Nolumus autem indagationi vocis אֶת זָמִינֵךְ diutius immorari, quia illa, quæ in ipsius significatu difficultia existimari possent, pleraque expedita exhibent docti Commentatores. Grammaticam litem, quæ in

A 2

inda-

sgui

indagatione sensus plerumque non magni momenti esse solet, egregie, pro more suo, composituit B. DANZIVS in *Paradigm. nom.* p 28. Praeclare enim ibi monuit, **אַשְׁתָּה** & **בְּתָן** in significatu, si a statu constructo descendas, in quo hanc, non illam adhibere solent Hebræi, plane nihil differre. Attamen criticus acutissimus utriusque radicem, quam, quæ ad logicam veritatem pertinent, in utroque vocabulo eandem admittit, Grammatice plane diversam iudicat. Nimirum **אַשְׁתָּה** neutiquam, nisi rationem & experientiam linguae Hebrææ reiicias omnem, ex **שָׁנָה** oritur, ex qua tamen vocem **אַשְׁתָּה** optimo iure deducimus. Nihilominus tamen ex radice imperfecta etiam **תְּנִשְׁנָה** natum est, sive ad five ad **לְהַ** confugias mihi perinde est. Utrumque etiam viro laudato probari ex loco allegato patet. Nec tamen illis magnopere resisti posse arbitramur, qui propter eam rationem deducunt, quam adducit Ben Melech: **וְרֹא אֲשֶׁר נְכֻלָּה בְּגַשׁ שֵׁין** **אַשְׁתָּה** ex **אִישׁ** propter eam rationem deducunt, quam adducit Ben Melech: **וְרֹא אֲשֶׁר** **אַשְׁתָּה** **בְּרוּ שְׁלָא** **וְחַרְפָּה** **עַם** **אִישׁ** שפירושו פעלח כי בעטיהם יובל מפיק אשר בהא הפעולה שחוא **אִישׁ** **אִישׁ** **absorpta est per dagesch** forte literæ **שׁ** **inditum, in voce** **אַשְׁתָּה**, neque dicitur **אִישׁ** **ne confundatur cum** **אִישׁ** cuius significatus est maritus illius. Nam interdum excidit mappik, quod in litera **ה** est, quæ efficit, ut sit suffixum, ad facilitandam pronunciationem. Sed **שָׁנָה**, quantum quidem mihi secundum regulas Hermeneuticas innotuit, nos ad illam cogitationem ducit, quam terminus latinorum potuit in nobis excitat. Prolixam asserti demonstrationem ex locorum biblicorum, ceteroquin valde commodorum, perveftiga-

stigatione exhibere ob eam rationem supervacaneum statuimus, quod rei, cuius probatio admodum facilis est, vix quenquam adversum speramus. Potentia autem, ex Philosophorum placitis, est vel proxima vel remota. Ideo mirum non est **וְנִ** denotare eum, qui potentia & virtute praeditus est; & **וְנִ** eam significare, quæ virtute, sed propter literam servilem **וְנִ** adiectam, diverso modo praedita est. Conf. §. 5. obs. 3. Grammat. Danz. Ex hoc **וְנִ**, ni fallor, Græcorum **וְנִ** & deinde latinorum vis ortum suum traxit. Ulterius ex vis latinorum vir desumptum statuere, adeo non ineptum est, ut potius huius sententiae auctores fuerint viri harum rerum peritissimi. Legas, si placet, Fabrum in Lexic. ex edit. prima Literatissimi GESNERI p. 1105. Quid impedit, quo minus credamus loco literæ f literam v positam esse; cum non solum nomen virago, sed etiam pluralis vires nos ad illam sententiam adducant. Hisce addi possunt exempla alia v. g. loco honoros legere etiam solent honor, pro arbos dicitur arbor. Commode itaque maxime **וְנִ** per vir, & **וְנִ** per latinorum vira exprimi potest. Forsan aliquis putaret, **וְנִ** & **וְנִ** intuitu virtutum voluntatis ita vocari. A qua quidem sententia nos recedimus longissime. Qui enim fieri potuisse, ut ad bruta quoque translatum sit hoc nomen, sane non concipimus. Ego quidem negare non audeo, significatum vocis generalem interdum descendisse ad virtutes morales; ita ut per **וְנִ** uxor virtutibus voluntatis ornata seu virago intelligatur.

## §. III.

Progradimur ad vocem **רָהָב**, quæ sine dubio paullo altioris indaginis est. Hoç certum est, vocem istam duplice ratione sine veritatis Grammaticæ dispensio formari posse. Primo enim nemo non vel leviter his literis politus intelliget, radicem **רָהָב** vocis facile fundamenti loco ponи posse. Ut secundum formam **טוֹבָה** cuius elementum **טוֹב** seu, quod mallem, **טָבַב** dicas **רָהָב**. Ante multos iam annos huic sententiae suffragium dedit eximus harum rerum iudex Ben Melech in Michlal Iophi. Iud. 2, ubi Rahab nomen **רָהָב** non, quod meretrix, sed quod caupona fuerit, impositum esse contendit. Verba illius jam subiicimus. **וְנִהְיֶה בְּפָלֵס טֻבָּה וְפִירְיוֹשׁוּ טֻכְרָת פָּזָן** Si ex radice hac natum esse iudices, non est, cur istum significatum paraphrasti Chaldaeo deneges; cum in hac lingua **וְנִי** & **וְנִי** eiusdem idex signum sit, cuius in lingua latina signa sunt terminus ministrandi & sustentandi. Hac ratione formata vox **רָהָב** egregie, quod existimamus, per Germanorum eiae **Wirthin**, die uns bewirthet exprimitur. Nec desunt loca script. S., quæ hunc significatum & ob id ipsum hanc termini formationem suadere videntur. Minoræ enim omnino illa dubia iudicamus, quæ explicationem vocis **רָהָב** per cauponam premunt, quam quæ in eo deprehenduntur, si asserere velis, exploratores Israeliticos Jerichuntem venientes ad Rahab meretricem intrasse. In transitu monemus, vel ob hanc rationem meretricis interpretationem yix consistere, quod, ad illam sententiam accedens, difficillime explicabit, qua ratione viri.

viri, procul dubio pii & singula prius quam stuprum cogitantes, resciverint atque Iosuæ indicaverint, Rahab meretricem esse. Ut alia incommoda, quæ explicationi huic nostræ contrariae occurruunt, præteremus. Unicum addendum censemus, antequam ad reliqua progredimur. Nimirum illos paucis volumis, qui magnum ad Rahab meretricem probandam robur ex Nov. Test. petunt, eo quod ibi προφητης vocetur. Quid si vero asseramus, Apostolum v. g. septuaginta seniorum versionem, ut in aliis non satis accuratam, scopo tamen suo vel maxime faveantem, ut in aliis locis, conservasse. V. g. pro οὐαὶ ponitur φροντίδι Rom. 10. 18. Præter ea necessarium non est, ut duo scriptores, de eadem re & persona verba facientes, eosdem illius characteres exprimant. Potest alterius proposito commemoratione virtutis, alterius autem vitiis inservire. Eo forsan verba B. PFEIFFERI in Dub. Vex. pertinent. Cauponaria & meretrix non sunt pugnantia; sed composibilita. Alius superest vexatissimus locus, cuius vera interpretatio non cauponæ quidem notionem in specie exigit, ancillæ vero significatum require videtur.

I. Reg. 22. 38. commemoratur, currum, super quo Achabus, vulnere percussus atque exanimatus, Samariam deductus est, cadavere regis deposito, ad aquam delatum, ut ablueretur. Accidisse autem, ut, cum ancillæ illum abluerent, canes sanguinem linxerint.

## §. IV.

Aliud vocis בְּנֵי elementum est בְּנִי scortari, quem significatum propter multitudinem locorum, quorum fundamento nititur huius interpretationis ratio,

boup

tio, evincere supersedemus. זונָה igitur ex rad. זונָה deducta, notat scortum eiusque species. Duplici ratione investigata vox זונָה nunquam uxorem secundariam denotat, qua de re nec illa sub אִשָּׁה זונְנִים, prorsus non variatis conditionibus, representata erit.

## §. V.

Probes radicem זונָה, scortum sine dubio notatur per זונָה. Nostro textui futurum cum infinitivo insertum est. Differunt quidem אִשָּׁה זונְנִים אִשָּׁה זונְנִים, sed tantum ea ratione, ut posterior phrasis id, quod prior sine augmentatione pronuntiat, de multitudine seu insigni gradu affirmet. אִשָּׁה זונְנִים & זונְנִים ex auctis in fine descendunt, ita ut singularis analogice sit זונָה. Terminatio pluralis addit multitudinem vel ratione gradus vel ratione numeri; confer B. Glassium & B. Danzium. אִשָּׁה זונְנִים secundum stilum vernalculæ nostræ reddimus eine Erz-Hure, ein erzverhurtetes Weibes-Bild.

## §. VI.

His ita perspectis, querere fas est, num Prophetæ Hoseas eiusmodi uxorem duxerit? Cum hoc loco non nisi de possibilitate morali meretricem ducendi disputare opus sit, aptum erit inquirere, an non legibus repugnet: Prophetam ducere scortum? Singulas iuris naturalis externi partes perlustrando ne vestigium exstabit, quod indicaret, matrimonium cum scorto contractum esse vetitum prophetæ. Quicquid autem vetitum non est, id licet & quicquid licet, id eatenus sine violatione iuris peragere possumus. Deinde matrimonium sacerdotum, cum scorto initum, legibus positivis quidem adversari scimus,  
quod

quod copiose SELDENVS, in præclaro libro *de uxore hebreæ* demonstravit. Nulla autem, quantum quidem nobis constat, lex tradita est, quæ idem interdiceret Prophetis. Nec illa, quæ ad Sacerdotem pertinet, in Prophetam prorsus cadere animaduertitur ratio.

## §. VII.

Nisi a disertis scripturæ sacræ verbis discedere velis, hoc certum est, Prophetam abiisse & sumfuisse בְּתַחֲכָלָה quæ, quod ex sequentibus patet, nimis adultera fuit. Cum autem nihil velit anima nostra, nisi exhibeat eidem aliquod bonum, quod assensum illius excitet; quid quæso! boni tali ratione obtineri posse putavit, Hoseas? Solo mandato divino לְקֹרֵב לְמִזְבֵּחַ percepto. voluntas illius permota est. Ideo Propheta id, quod Deo placuit & quod ille iussit, pro bono eo reputavit, quod ad voluntatem illius celerrime commovendam omnino sufficeret. En præstantissima pietatis propheticæ documenta! Nondum ista sufficient principia ad illa argumenta dissolvenda, quæ ab adversariis nostræ interpretationis oppido facile confici possunt.

## §. VIII.

Duxit itaque Hoseas propheta, voluntate divina ductus, uxorem scortationi maxime deditam. Sed quem Deum illum iudicas, qui turpitudinem & scelera viro sancto, committenda demandet? Antequam Deo nostro sanctissimo asystata tribuas, tutius omnino erit, distincte illius mandatum percipere. Equi-

B

dem

dem non ignoro, esse nonnullos, qui sibi persuadent, Deum præcepisse, ut Hoseas ad scortum abiaret atque scortatorum more ex illa nothos suscipere. Fateor, me nunc tandem concipere, qui factum sit, ut iidem auctores, hoc exemplo adducti, dispensationem legum naturalium statuerint, quas leges sana ratio prorsus immutabiles pronuntiat. Sed quis non videt, nodum in scripo quæri? Profecto si rite sacram scripturam exponas, disceptatio de dispensatione legum naturalium citius, quam putares, finita erit. Tria potissimum exempla laudatus BVDEVS adducit, quæ thesin, ex viri præstantissimi sententia, prorsus incongruam probare debeant. Mandatum Dei, Abrahamo de sacrificando Isaaco datum. sed, quod scimus, Deus non serio voluit, ut occideretur Isaacus. Voluntas enim, quæ feria est, non impedita, illa, quæ decrevit, certissime peragit. Quin potius eventus commonstravit, Deum tantum voluisse, ut Abrahamus fidei ac obedientiæ suæ singulare aliquod ederet documentum. Deinde huc referunt factum populi Israëlitici, ex Aegypto descendens, atque, ex Dei publico edicto, maxima furta facientis. Quantum autem ego quidem ex illis S. codicis verbis intelligere potui, Israëlitæ ita improbi non fuerunt, ut bona & thesauros ab Aegyptiis furari decreverint. Quicquid autem illi in hoc negotio non suscepserunt, id etiam Deus illis neutiquam præcepit. Maiorem argumenti propositiōnem probat fides historica. Minorem continuo evincere conabimur. Ita autem sese habent verba,  
quæ

quæ actionem populi Israelitici commemorant: Ex.  
 וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל עֲשֹׂו כַּרְבֵּר מְשֻׁה וַיְשַׁאֲלוּ טְפָכְרִים  
 12. 35. Cardo rei in hoc nititur: זְהַב וְשְׁלֹוחָה בְּלִוְדְּכָסְפָּה וּבְלִי זְהַב וְשְׁלֹוחָה ut, quid per vocem יִשְׂרָאֵל significetur, investigemus. Nihil enim aliud signat radix שָׁאַל quam quod lati-  
 norum petitio indicat, Id vero, quod ab altero peti-  
 mus, vel eum in modum rogamus, ut, nos illud eidem  
 reddere velle, confirmemus, vel ut nullam pollici-  
 tationem restituendi adiungamus. Non erit, quod  
 mireris, qui fieri possit, ut sub termino שָׁאַל simul  
 terminus mutuandi comprehendatur. Hoc est, quod  
 illis tantopere placet, qui id unice agunt, ut Isra-  
 elitas furti reos arguant. Nimirum afferunt, hos ab  
 Aegyptiis vase argentea ac aurea mutuum sumfisse,  
 & hoc pacto impetrato, ut homines perditissimi so-  
 lent, iussu divino excessisse. Nonne autem ista actio  
 speciem furti constitueret, in qua necessarii illius cha-  
 racteres insunt. Israelitas vase argentea ac aurea,  
 item vestimenta petiisse affirmamus; negamus au-  
 tem illos ea, spe restitutionis adiecta, postulasse. Pri-  
 mo enim singulis Aegyptiis plane perspectum ac  
 cognitum fuit, populum Israeliticum animum in-  
 duxisse, in regionem diffitam peregrinandi ac ibi subDeo  
 suo commorandi. Quid quæso reponeres? si ego pere-  
 grinus & pauperculus, abitum parans, nec quic-  
 quam minus quam redditum cogitans, te copiis  
 abundantem adirem atque submisse rogarem, ut mi-  
 hi ducentos thaleros mutuo concedas. Nonne ego,  
 cachinnum tuum facile præfigiens, stultas omnino  
 manus operi admovissem. Sed non inepte  
 nego-

negotium adorsi sunt, qui dicto divino audientes fuerunt. Ergo, sine pollicitatione ullo unquam tempore id, quod postularent, reddendi, petierunt *dona*. Præter ea, quod gratis capere licet, non mutuabis. Perpendamus autem illam Aegyptiorum conditionem, cum discederent Israelitæ, & statim animadvertes illorum animos ad munera largienda fuisse paratissimos. Quod autem ad nostrum locum attinet, nequaquam Deus voluit, neque præcepit, ut Propheta sit scortator, sed ut meretricem sibi in matrimonium legitimum duceret. Prorsus enim adversum esset fini, quem Deus hoc facto obtinere voluit. Quod facile perspicuum reddet ratio mandati divini, quam deinde pluribus persequemur. Nullum itaque neque ex nostro, neque ex reliquis, quæ adduximus, locis præsidium sibi petere poterit legum naturalium dispensatio.

## §. IX.

Dubitant nonnulli de existentia facti ob hanc rationem: quod, adulteram in Ebræorum republica vivere potuisse, negant. Israelitarum enim moribus lapidibus obruuntur adulterae. Vera sunt singula, quæ docte edisseris. sed nec ista negabis, ex nostræ gentis institutis patibulo affigi fures; sed non nisi eos, quorum crimina dilucide demonstrari possunt. Tametsi ex conscientia mariti ex sententia singulorum civium uxor illius sit adultera, tamen ista nondum eo valent, ut illam in iudicium vocare queat, nisi cum irrisione hominum turpissimus abire velit. Vnde probares, Hoseæ uxorem ita aperta fecisse

fecisse adulteria, ut ipse hac de re coram tribunali cum illa disputare potuerit. Quid si opponas, in casu dubio aquas amaras, uxori adulterii nomine suspectæ, ad bibendum datas esse. Etiamsi concedamus, hunc modum coniugis castitatem explorandi, nondum vetustate illo tempore obrutum fuisse; tamen adhuc non vietas manus tradimus. Præ reliquis enim necessarium erat, ut, ante quam fides illius secundum dictam rationem æstimaretur, nomen uxoris ad Sacerdotem deferret maritus. Licet itaque Propheta, quod tu suadere videris, fuscipere potuisset; tamen ad exemplum amoris divini, capite tertio declarati, erga populum suum illam penitus reiicere noluit, sicut Ιωηλος μη θελων την Μαχαιαν παρεχειγματισαι Matth. 1, 19. Deinde maluit Hoseas præcepto divino satisfacere, ac læsionem, ex coniugis adulterio natam perferre, quam sapientissimæ Dei voluntati se se opponere; id quod magnificus ac celeberrimus LEHMANNVS noster maiori perspicuitate pronunciat in *Institut. Philos. univers.* Cap. II. sect. i. §. IV. de honore Dei. Singularem ergo plane adcutiatisimamque diligentiam ac studium requirit hæc exercitatio, sumnum in voluntate nostra ante constituit honoris gradum coniunctum etiam cum contentione propria nostræ felicitatis huius vitæ, aliarumque rerum.

## §. X.

Forfitan alia adhuc via huic dubio occurrere possumus. Quid si fingamus, illam, antequam Hoseæ nupsit, voluptatibus veneris quidem maxime deditam B 3 fuisse;

fuisse; postea quam vero illi matrimonio iuncta est, ab hoc tramite discessit. Certum est, illam, ante quam ab Hosea in matrimonium adscita fuit iam נָשָׁתְּךָ <sup>נָשָׁתְּךָ</sup> seu prostibulum pervulgatum fuisse. Plura enim non ipsi a Deo mandata sunt, nec plura ad præceptum illius exequendum exposcebat Propheta, quam, ut propodium duceret. Temeritatis criminis non absolvi posset Propheta, si ad filiam רִבְעִים <sup>רִבְעִים</sup> accessisset, & tamen illam propodium esse ignorasset. Quandoquidem ista sese ita habeant, tamen non inde sequitur, ut illa se post desponsationem a viuis turpisimis removerit. Quin potius, quod ostendemus & quod sensus mysticus docet, mœcha tres liberos Hoseæ perperit.

### §. XI.

Cum huic ceterisque dubiis se vix pares existimarent nonnulli interpres; facti existentiam, quod diximus, in dubium vocare atque negare cœperunt. Ut tamen aliquem huic commati sensum decernerent, ideo sese ad eum interpretandi modum converterunt, secundum quem reliqua istius generis dicta prophetica explicari solent. Nempe accidit interdum, ut prophetæ ceterique viri, spiritus sancti viribus duci, confirmant se aliqua fecisse, quæ nunquam perfecerunt; sonos audivisse contendunt, cum tamen necessariae plane mutationes nequam ad aures illorum pervenerint; se multa vidisse, quorum imagines nunquam in oculos illorum intrarunt. Ergo percepit eorum anima res illas absentes. Tales autem rerum repræsentationes quæ nobis

bis præsentes non sunt, vocantur imaginationes, & si istæ ad eum gradum claritatis pervenerint, qui in sensationibus ineft, vocantur visiones. Qua de re Quintilianus affirmat: per visiones imagines rerum ita repræsentantur animo, ut oculis cernere ac præsentes habere videamur. Fingas aliquem, qui visionem probare intendat; ille omnino probare debebit, ut facti existentiam negare liceat, imaginationem fuisse, quam alter pro sensatione reputat.

## §. XII.

Duo potissimum sunt signa, quæ imaginationes, menti obversantes, a sensationibus discernunt. Primo quidem clariores esse solent sensationes, quam imaginationes. Sed id ipsum criterium, ad visiones probandas, eo minus valet, quo clariores istæ plerumque esse soleant.

## §. XIII.

Alia supereft nota, per quam imaginationes, animo obversantes, dignoscendæ sunt a sensationibus. Quippe cognitum habemus, non nisi ea sensibus percipi, quam quæ existunt; non existere, quam quæ sunt possibilia; non esse possibilia, quæ contradictionem continent. Qua de re ea sola sentimus, quæ nullam contradictionem constituant. Contradictionem autem omnis, ut Philosophi docent, vel absoluta vel respectiva est. Ideo ea, quæ sentire debemus, non possunt esse neque in se repugnantia, neque aliis rebus contradicentia. Maxime igitur in scriptis Propheticis aliisque, in quibus visiones coniicere possis, dispiciendum est, an non in rebus illis, quarum cogitationes

tationes in scripto interpretando significantur, aliqua  
sive absoluta sive respectiva contradic̄tio insit. Hac  
probata, sole ipso clarius est, interpretem praeclare  
officio suo fungi, qui totam orationem ita exponat,  
ut cuilibet, interpretationem illius legenti, facile sit  
ad intelligendum, visum significari. Quod si autem  
nihil eorum adsit, ex quo aliquam rerum commemo-  
ratarum contradictionem demonstrare possis, de visu  
orationem interpretari, ego quidem non auderem.  
Nullum, quod scimus, in universa nostræ historiæ  
enarratione vestigium inest, quod nos, ad contradic-  
tionem aliquam cogitandam, adduceret. Ea enim  
impossibilitas, quæ ex dubitationibus supra in §. 9. 10.  
adductis nata videri posset, in iisdem §. §., quod spe-  
ramus, sublata est omnis,

## §. XIV.

Profecto, si ea, quæ adhuc exposuimus, quæ-  
que deinde fusiſ persecutiſ sumus, cum singulis,  
quæ de rebus gestis Hoseæ relata legimus, confe-  
ramus, prorsus nullum, quod arbitramur, argumentum  
exſtat, quod nos visionis convinceret & sententiam  
de vera facti existentia deserere fuaderet. Quam ob-  
rem laudatus BVDEVS noster, qui egregie hoc argu-  
mentum disputavit, in commemorata de peccatis ty-  
picis disputatione scribit: *mibi ideo, scilicet de visione, ex-  
plicatio non probatur, quia nulla in textu aut visionis, aut  
somni, aut ecclæeos occurruunt indicia, que tamen alibi ob-  
servare licet.* Ita sane res est.

## §. XV.

Scimus quidem accidere posse, ut ea, quæ in  
sola

sola visione homini in ecstasi constituto occurunt, neque sibi ipsis neque rebus quibuscumque aliis repugnant. Accidit idem somniantibus. Sed in eo casu illis ipsis hominibus, quibus ista usu veniunt, sane difficile, interdum plane impossibile est, ad iudicandum, an illa res, cuius imago menti obversatur, praestato fuerit, utrum vero sola specie inducti sint? Exemplum vero in eo genere dignissimum iudicamus, quod nobis sagarum aliquæ præbent. De his a viris fidem merentibus ea docemur, quæ admirationem faciunt. Somno altissimo mortique simili, variis soporiferis unguentis parato, oppressæ, epulantur luxuriosius, saltant palam in convivio, conspicunt & nominatim compellant convivas, quorum mores ante a suis abhorruisse recordantur. Somno solutæ, sibi ipsis atque aliis persuadent, feminas, re ipsa honestissimas, sagarum numero insertas esse. Quodsi illi, in quorum animo istæ cogitationes versantur imaginationes a sensatione dignoscere nequeunt, quando minus interpres, vel summa diligentia adhibita, ad hoc præstandum sufficiet. His rebus factum est, ut sapientissimus sacrarum literarum auctor, aliud quoddam vel fini vel initio eorum verborum, quæ visionem aliquam enarrant, indicium certissimum adiecerit. Facere non possumus, quin præclare eruditii Abaranelis hac de resentiam adducamus.

יש אפרש בין מה שיש ספר הנכיה שקרה לו ובין מה שייעיר הכהוב שכד היה והנה כאשר יגיר הכהוב שהיה ורבר בנכואה בכל אלה ורומיות שגלה הכהוב בהחלתו או בסוף שהיה בנכואה נקבע שהמעש כלס גס כן היה בנכואה אמן במקומתו

C

שלת

שלא נזכר בחת זה אם לא העיר הבהיר שנעשה בפועל  
 כל זה בסן אפשר שופורש שהיה במראה הנכואה  
*Discri-*  
*men est inter illud, quod propeta commemorat, quod sibi even-*  
*erit, & inter illud, quod scriptura ita evenisse confirmat.*  
*Nam ecce quando illa declarat, quod exsisterit aliqua res,*  
*reliqua. Iam nonnullis subiectis exemplis ita pergit: in*  
*bis atque similibus exemplis, ubi scriptura sacra aut ab ini-*  
*tio aut in fine manifestavit, quod fuerit in prophetia, su-*  
*mendum est ita, ut omnia facta etiam ita re vera in pro-*  
*phetia exsisterint. In locis in quibus nulla iniicitur men-*  
*tio, si nimirum non testatur Scriptura, quod re vera fa-*  
*cetum sit, possibile est, ut in omni isto loco expona-*  
*tur, quod fuerit in visione prophethica. Locus iste*  
*fortasse non nullis pro eo haberi potest, qui nihil ad*  
*propositum facere videatur. Ut igitur huic malo me-*  
*deamur, sequentes §. §. proponere consultum duximus.*

§. XVI.

Quicunque vel minimum eorum, quæ in mun-  
 do sunt sine ratione existere contendit, ille sibi ex-  
 nostra sententia repugnat. Sed interpres, quem nec  
 interna §. 14. nec externa argumenta §. 15 addu-  
 cunt, ad scriptiōnem quandam de visione interpre-  
 tandam, cuius tamen contrarium auctoris verba con-  
 firmant, ille sane aliquid sine ratione suscipere iudi-  
 catur. Ergo interpretatio, cuius auctor nec internis  
 nec externis visionis characteribus adductus est, ut  
 scriptori factum significanti refragetur, mea quidem  
 opinione sine ratione adfirmari videtur.

§. XVII.

Cuius oppositum fieri non potest, id erit neces-  
 sarium,

farium, vi defin. Omnis autem interpretatio, in qua illa, quæ ab auctore scriptionis tanquam existentia commemorantur, sine ullo visionis indicio de existentia exponuntur, ita comparata est, ut alia huic opposita interpretatio de visione sit vix apta. E. necessario æquus interpres scriptionem, quæ, se facta commemorare, indicat, neque ullum visionis indicium adiectum habet, facta tanquam facta exponit.

## §. XVIII.

Quisque æquus harum rerum iudex animadvertiset nullum in rebus ipsis, quæ in oratione prophetica recensentur, inveniri argumentum, quod nos in hanc sententiam adduceret, ut sermonem propheticum de visione interpretandum statueremus. Porro observandum est; nullam specialem visionis declarationem neque fini neque initio eiusdem orationis adiectam esse, quod in aliis sacrae scripturæ exemplis, ad loci nostri similitudinem accendentibus, secus fieri animadvertisimus. Denique, quod cum summo studio laudatus Abarbanel urgere videtur, sacer scriptor plane ac diserte dicit, abiisse Prophetam ac scortum duxisse. Quis itaque non videt? nobis necessitatem quandam imponi, hoc quidem loco a visionis interpretatione discedendi ac ad illam sententiam accedendi, quæ hanc orationem de facti existentia explicat.

## §. XIX.

Re vera itaque Hoseas propheta, divino monitus mandato, duxit uxorem, ante quam marito castissimo nupserat meretricem pervulgatam, post ea adulteram turpissimam.

C 2

## §. XX.

## §. XX.

Enim vero, si propheta voluit ut negotium expediretur; etiam procul dubio voluit, ut adulteria committeret gravissima. Sed falsam immo falsissimam esse istam consequentiam illico intelliges, dum modo ad ea, quæ iam commemoraturi sumus, attendere libeat. Fingas filium qui parentis iussu puellam ducat, quam facile prævidere potest in fide non mansuram. Num tibi persuaderes iuveni illi placere eius turpidinem, putasne eum cupere, ut alios amet? fieri id omnino non potest. Ponas aliam eiusdem conditionis nupturientem, sed valde divitem. Num, si quis sit, qui animum ad illam ducendam appellat, eam sibi propter vitia depositum procerus? utrum vero ob eam rationem, quod se novæ coniugis dote locupletari ac ornari posse, sperat? Posterius, credo, asseverabis firmissime. Illum, loco dotis propter quam altera expectata est, voluntas parentis ad feminam diffamatam ducendam movet. Neuter vero horum eam sibi adiunxit uxorem, ut amorem alio conferat aliasque complectatur viros. Uterque vero eam in matrimonium duxit coniugem; tametsi illam alios perdite amataram esse animo prospiceret. Transferamus ista ad prophetam.

## §. XXI.

Voluit quidem Propheta uxorem suam ducere; nequaquam autem ea mente, ut illa adulteria faceret, sed propter ea, quod Deus iusserat. Sed qui Deo obtemperare constituit adulteram sibi iungere debuit. Erant enim hac quidem occasione voluntas divina &

matri-

matrimonium scorti coniuncta. Interea tamen, si dicto divino audiens esse noluisset, coniugium sane modestum declinare potuisset. Iste autem sunt conditio-nes permissionis. Qua de re Hoseas propheta, coniugem adulteram esse, non voluit, sed tantum permi-sit. Hoc ipsum enim perfacile ex eo efficitur, quod propheta nova ratione novoque pacto eandem (nam diversam ab ea, cuius mentio cap. 1. iniecta est, פָּרָחַת יְהוָה אֶל יִשְׂרָאֵל cap. 3. v. 2. adducta nos cogitare non sinunt) illam coniugem adulteram adstringere voluit; & maximam suam curam adhibuit, ad illam ab amasiis avertendam sibique soli beneficiis devincendam. Quamcunque vero uxorem fidem marito inviolatam præstare voluit, illam profecto adulteram esse noluit. En Prophetam pium, §. 7. fidum & iustum; coniugem autem illius perfidiosam, cuius turpissima facta nulla ratione leniri queunt!

## §. XXII.

Ad ultimum perpendemus, ob quam ratio-nem Deus nuptum dederit prophetæ suo adulteram. Non difficile illam cognosceres, tametsi scriptori sa-cro illam penitus omittere placuisse. Iste autem no-bis tali modo otia fecit; cum mandato divino Pro-phetæ de scorto accipiendo dato subiecta sit ratio נֹתָן תְּזִנָּה הָרָא. Insigniter enim hæc regio scortatur. Vix ac ne vix quidem terminum נֹתָן de scortatione proprie significata exponere licebit; nisi virtute sua verba capitibus sequentibus a spiritu sancto inserta privare velis. Ostendunt enim illa, non ipsam scor-tationem, sed, qui ad similitudinem eius accedit, cul-

tum Numinis fictum, his vocabulis subiiciendum esse, adeoque, secundum §. 35. disputationis: de induratione animæ præclarissimi PRÆSIDIS, sensus est metaphoricus. Ut autem singulas negotii gravissimi partes, qua decet, perspicuitate tradamus, a facillimis orationem ordiemur.

### §. XXIII.

Populum Israeliticum Ezechiel nomine puellæ inquinatæ ac desertæ exhibet. Idem propheta confirmat, Deum illius misericordia captum, eam e via fustulisse summaque cura educasse. Hic, variis ex rationibus colligens, illam viro maturam esse, in eiusdem amore totus fuit. Iunxit ergo illam sibi in matrimonium. Clarius dicemus quid ista significant. Deus summus a populo Israelitico inveteratam durissimamque servitutem depellens, omni auxilio destitutam gentem ex Ægypto deduxit eamque a multis aliis gentibus, qui cultum ipsi rerum præstaret, dignissimum elegit. Sub initio iste coetus, in officio manens, res divinas rite perpetravit. Ergo primum Israel fida Dei coniux fuit; quam ob rem illam Deus tantopere dilexit. Sed mox nihil sancti, nullus Dei veri metus aderat. Floruit autem potissimum tempore Ieroboami secundi inter illos, vera religione neglecta Deorum commentitiorum cultus. Ergo tempore Ieroboami secundi propudium ac adultera facta est gens Israel. Ab his vitiis animum Israelitarum abducere cum summa cura studuit Deus. Hanc ob rem populo suo turpitudinem dilucide ob oculos ponere constituit. Nam non ubique defectus nostri magnitudo

tudo tædia in nobis excitat. Requiritur enim præter ea, ut crimen non mediocre esse agnoscamus. Sed quid, quæso! quoad singulas suas partes clarius ac perfectius cognoscimus, quam id, quod oculis nostris usurpamus. Visus enim plerumque superat reliquos sensus omnes. Id quod præclare monuit Abarbanel in commentario in h. l.

#### §. XXIV.

Status igitur coetus Israelitici, fidem Deo non servantis, ante oculos singulorum civium erat præponendus. Ergo, ob similitudinem maiorem, aliqua persona, quæ personam Dei gereret, aliqua item, quæ populi perfidi personam sustineret, feligenda fuit. Nemo vero ad personam principis tenendam aptior est, quam qui pro illo administrat; & nemo præclarus Dei personam tenet, quam is, qui illius loco decreta divina hominibus denunciat. Scortum, quod, viro nuptum, adulteria committit gravissima, populi Israelitici perfidi est imago simillima. §. 23. Ergo matrimonium Hoseæ cum scorto & paullo post adultera initum, est vera populi Israelitici a Deo deflentis effigies.

#### §. XXV.

Nolumus iam, cum vela contrahendi tempus esse videatur, quoad singulas suas partes persequi, quas ex his exemplis docere possemus veritates utilissimas. Dabimus paucissimis sequentes: 1) Clarum est, gentem integrum eiusque conditionem sapienti consilio sub unica persona indicari. 2) Deus crimina populique peccata non laudat, multo minus probat

ac

ac mandat, sed vituperat; attamen permittit. 3) Deus mala in mundo obvia non ipse tanquam auctor facit, admissa vero ita, ut aliquid boni inde nascatur, dirigit. Non enim iussit, ut Gomer sit adultera, sed tantum permisit, illiusque exemplo proposito populum suum castigavit. 4) Deus, ad exemplum prophetæ adulterium aversantis, peccata improborum & in genere defectus mundi tolleret; nisi, illis impedimentum inferendo, a re maiori abstraheretur. 5) Licet autem Deus crimina impiorum ad bonum finem dirigat, illi non minus culpa & poena eximi poterunt, quam flagitia illius adulteræ excusari possunt. 6) Dei præscientia rebus humanis non infert necessitatem. Licet enim certissime præviderit, Gomer Hoseæ nuptiam spontanea adulteria commissuram, tamen illam ad peccandum minime coagit. 7) Ad ultimum edocemur, sacerdotibus præ reliquis Christianis convenire, ut, si quæ sint nomine Christi contumeliae perpetiendæ, illi iniurias perpepsi difficultimas perferant; sicut Dei nomine præ ceteris Israelitis æquo animo tulit adulteram propheta.

## §. XXVI.

תַּדְמֵן & נָסִיר כְּלֹדוֹן  
Tandem & nos convertimus ad יְהֻדָּה  
de quibus varia varii sentiunt. Nonnulli enim cre-  
dunt, illos ob id maxime scortationis liberos appell-  
lari, quod vitam & consuetudinem matris expresse-  
rint. Si autem ad caput sequens progrediamur  
atque sensum literalem obscurum ex mystico clar-  
ori atque ab ipsa sacra scriptura definito explane-  
mus, non abs re esse videtur. Minatur Deus libe-  
ris,

ris, qui mystice ita appellantur, reiectionem, non propter turpitudinem propriam, sed propter sclera materna. Dicit Deus: ego, nisi mater vestra a vi-  
tiis desistat, illam in statum miserrimum, qui ille  
fuit cum in Aegypto esset, deprimam. Illa repu-  
diata etiam vos, qui non liberi mei estis, reiicio.  
Adhuc quidem vos miseros reddere dubitavi, quo-  
niam, quæ vos vehementer amat, uxor mea  
fuit. Sequentia vero ratiocinia nobis tradit sacra  
scriptura: Quicunque liberi maximæ scortationis  
sunt, iidem, reiecta marito matre, huius etiam  
calamitatem maxima ex parte sentire debent cap. 2.  
v. 6. atqui vos singuli Israelitæ estis liberi maximæ  
scortationis; matremque vestram in statum multum  
afflictum, similemque illi, quum in Aegypto esset,  
propter adulteria deprimere constitui. E. maxima  
ex parte calamitas materna ad vos redibit. Ces-  
fante ratione, cessat etiam id, quod propter rationem  
illam constituitur, atqui cessante adulterio matris  
vestræ, cessat conditio, qua posita vos in calamitatem  
incideretis. E. remoto adulterio matris vestræ cala-  
mitatem ceteroquin acerbissimam vos sentire non  
dederitis. Omnibus itaque viribus id agite, ut ma-  
trem vestram a foedo facinore, adulterio nempe, a-  
vocetis v. 4. Quid tibi videtur eruditæ Lector! nonne  
liberi isti a Deo scortationum liberi appellantur ex  
eo, quod mater, ex scortatione concipiens, illas pe-  
perit? E. nequaquam ob eam causam vocantur ita, quod  
maternis vestigiis institerint.

Postea quam perspeximus illos non propter sua, sed matris flagitia appellari, ad aliam quæstionem progredimur: num eo tempore propheta istos liberos ad se receperit, cum matrem illorum uxorem duceret; utrum vero a coniuge adultera editi sint? Cur a verborum sensu & ordine recedamus, nulla plane adest ratio. Dicit autem sacra scriptura, illos in matrimonio cum Hosea natos; adeoque mater illorum prophetæ peperisse dicitur. Quid itaque, sed paucis de liberis Hoseæ sentendum? Sunt liberi, quos perfida uxor in matrimonio cum Propheta inito, sed non ex sententia mariti, suscepit? Mystice significant singulos Israëlitas, quos ecclesia iudaica successu temporis produxit. Illi non erant ex voluntate, neque ad imaginem Dei nati. Nominabant quidem Deum parentem suum, ut liberi adulteræ prophetam; sed non erant. Noluit autem illos Deus reiicere, quoniam ecclesiam iudaicam, quod supra diximus, ex omni gentium numero, in populum suum cooptavit. Nomina horum liberorum in ipsa sacra scriptura satis expedita sunt,

F I N I S.

**M**E traxere TVAE dotes, traxit TVA virtus  
In carmen laudesque TVAS, doctissime  
DANCKWERTS!  
Plaudo! TIBI plando! cui tam bene pugna peracta est.  
O patriæ spes certa TVAE, spes certa parentum  
Perge! bonis votis sic respondere TVORVM;  
Fructus percipies dignos ac præmia digna  
Auctori ac defensori dissertationis pere-  
ruditæ, omni liberali doctrina politis-  
simo, feso commendaturus hoc quic-  
quid est adiecit

Opponens

FRID. GOTTLIEB MULLER

Harburgo- Luneburgicus S. S. Theol. Cultor.

**S**Er von uns wil ein sichres Urtheil fällen,  
Der muß den Grund davon aus unsren Werken nehmen;  
Drum wär es ungereimt wenn man sich schämen  
Der Welt, was man gelernt, durch Proben vorzustellen.  
Und demnach fast Herr Dankwerts diesen Schluß  
Daß er, was vor Geschicklichkeit ihm eignen,  
Da er nun bald Salinen lassen muß,  
Den Mäusen wil im disputiren zeigen.  
Ich wünsche Werther Freund! es trifft ohnzweifel ein,  
Dies müsse Dir ein Grund zu Deinem Glücke seyn.

Mit diesen Zeilen wolte dem Herrn Respondenten  
seinem werthesten Freunde nebst Anwünschung  
alles wahren Wohlergehens seine Ergebenheit  
bezeugen

Joh. Ernst Friederich Kriel  
aus Stappenbeck in der Alten Marck. der Gottes-  
gelahrheit Bestüssener.

Opponens,

**V**ir præstans, monumenta mei quo pectoris exstent;  
Offero, sincera quæ Tibi scripta manu.  
Palladis in celebrem fortis conscendis arenam,  
Laurum pugnando victoriaque parans.  
Gratulor ergo Tuo Tibi de certamine laetus,  
Cuius successum condecoravit honor.  
Cœlipotens Numen cunctis conatibus adsit,  
Est quorum finis gloria sola Dei.  
Det Tibi, vera quibus perfectio fulta recumbit,  
Teque peroptata prosperitate beet!

Haud merae consuetudinis, sed debiti in  
Dominum defendantem officii ergo  
exigua hæcce adposuit

Opponens

**LVD. E. CRETSCHMAR**  
Ulzena-Luneburgicus S. S. Theol. Cult.



BRUNNENSCHE  
BIBLIOTHEK  
VON  
DR. J. C. BRUNNEN  
IN  
DRESDEN  
1782

6  
Id 6020

(I):

X 2284726

W318

Mr.



Farbkarte #13

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Centimetres  
Inches

אֶשְׁתָּוֹנִים רַלְדִּי זְנוֹנִים  
בשתקבה  
SEV  
VXOR ET LIBERI HOSEÆ  
DISSERTATIONE EXEGETICA  
DEO OPITVLANTE  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
GVILIELMO HENRICO  
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM  
ANGARIAE WESTPHALIAE COMITE SAYNAE  
ET WITTGENSTEINII RELIQA  
CONSENSV AMPLISSIMI SENATVS PHILOSOPHICI  
P R A E S I D E  
GEORGIO CHRISTOPHORO  
STELLWAGIO  
PHIL. MAG.  
FAVTORE AC PRAECEPTORE SVO OMNI HONORIS CVLTV AETATEM  
COLENDO  
ERVDITIS PVBLICE AD EXAMINANDVM SISTVNTVR  
AB  
AVCTORE  
IOH. GOTTLIEB DANCKWERTS  
VLZENA - LVNEBURGICO  
S. S. THEOL. CVLTORE  
D. 8. FEBRVAR. M DCC XXXVI  
IENAE LITTERIS HORNIANIS